

Exodus 13:5

OFERTORIO

IN die solemnitatís vestrae, dicit Dóminus, inducam vos in terram fluéntem lac et mel, allelúia.

En el día de vuestra solemnidad, dice el Señor, os introduciré en la tierra que mana leche y miel, aleluya.

SECRETA

SÚSCIPE, quæsumus, Dómine, múnera populórum tuórum propítius: ut confessióne tui nóminis et baptísmate renováti, sempitérnam beatitúdinem consequántur. Per Dominum.

Recibe propiciamente, Señor, te rogamos, las ofrendas de tus pueblos, para que con la confesión de tu nombre y renovados con el bautismo, consigan la eterna bienaventuranza. Por nuestro Señor.

PREFACIO PASCUAL

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationíbus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, te alabemos; pero con más gloria que nunca en este tiempo, en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quita los pecados del mundo y que muriendo, destruyo nuestra muerte y, resucitando reparó nuestra vida. Por eso con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

Comunicantes y Hanc igitur propios, durante toda la octava.

I Pet. 2:9

COMUNIÓN

PÓPULUS acquisitionís, annuntiáte virtútes ejus, allelúia: qui vos de ténebris vocavit in admiráble lumen suum, allelúia.

Pueblo redimido, publica las grandezas de aquel, aleluya, que te saco de las tinieblas a su luz admirable, aleluya.

POSCOMUNIÓN

EXÁUDI, Dómine, preces nostras: ut redemptionís nostræ sacrosáncta commércia, et vita nobis cónferant præsentís auxiliúm, et gáudia sempitérna concíliet. Per Dóminum.

Atiende, Señor, de nuestras preces para que la participación de nuestra redención y sacrosanta nos sirva de protección para la vida presente y nos obtenga las alegrías sempiternas. Por nuestro Señor.

PROPRIO DE LA MISA

JUEVES DE PASCUA

Sap. 10:20,21; Ps. 97:1

INTROITO

VICTRÍCEM manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter, allelúia: quid sapiéntia apéruit os mutum, et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia. *Ps.* Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit. *Ÿ.* Glória Patri.

Alabaron todos juntamente, oh Señor, tu mano vencedora, aleluya: porque la sabiduría abrió la boca de los mudos, e hizo elocuentes las lenguas de los infantes, aleluya, aleluya. Salmo. Cantad al Señor un cantico nuevo, porque ha obrado maravillas. *Ÿ.* Gloria al Padre.

DEUS, qui diversitatém géntium in confessióne tui nóminis adunásti: da, ut renátis fonte baptísmatis, una sit fides méntium, et pietas actiónum. Per Dominum.

COLECTA

¡Oh Dios!, que has aunado tanta diversidad de naciones en la confesión de tu nombre: concédenos que los regenerados en las aguas del bautismo tengan una misma fe en sus mentes y una misma piedad en sus acciones. Por nuestro Señor.

Act. 8:26-40

EPISTOLA

IN diébus illis: Angelus Dómini locútus est ad Philíppum, dicens: Surge, et vade contra meridiánum ad viam, quæ descéndit ab Jérusalem in Gazam: hæc est déserta. Et surgens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunúchus, potens Candácis reginæ Æthiops, qui erat super omnes gazas ejus, vénerat adoráre in Jérusalem: et revertébatur sedens super currum suum, legénsque Isaíam prophétam. Dixit autem Spíritus Philíppo: Accéde, et adjúngte te ad currum istum. Accúrrens autem Philíppus, audívit eum legéntem, Isaíam prophétam, et dixit: Putásne intélligis, quæ legis? Qui ait: Et quómodo possum, si non aliquis osténderit mihi? Rogavitque Philíppum ut ascénderet, et sedéret secum. Locus autem Scriptúræ, quam

En aquellos días, un ángel del Señor habló a Felipe, diciendo: Parte, y ve hacia el mediodía, por la vía que lleva de Jerusalén a Gaza; la cual está desierta. Partió luego Felipe, y se fue hacia allá. Y he aquí que encuentra a un etíope, eunuco, gran valido de Candace, reina de los etíopes, y superintendente de todos sus tesoros, el cual había venido a Jerusalén a adorar a Dios; y a la sazón se volvía, sentado en su carruaje, y leyendo al profeta Isaías. Entonces dijo el espíritu a Felipe: Date prisa y arrimate a ese carruaje. Acercándose, pues, Felipe, a toda prisa, oyó que iba leyendo en el profeta Isaías, y les dijo: ¿Te parece a ti que entiendes lo que vas leyendo? ¿Cómo lo he de entender, respondió él, si alguno no me lo explica? Rogó, pues, a Felipe que subiese, y tomase asiento a su lado. El

legēbat, erat hic: Tamquam ovis ad occisiōnem ductus est: et sicut agnus coram tondēte se, sine voce, sic non apēruit os suum. In humilitate iudiciū ejus sublātum est. Generatiōnem ejus quis enarrābit, quōniam tollētur de terra vita ejus? Respōndens autem eunūchus Philíppo, dixit: Obsecro te, de quo prophēta dicit hoc? de se, an de alio alíquo? Apériens autem Philíppus os suum, et incípiens a Scriptūra ista, evangelizāvit illi Jesum. Et dum irent per viam, venērunt ad quamdam aquam: et ait eunūchus: Ecce aqua, quid prōhibet me baptizāri? Dixit autem Philíppus: Si credis ex tota corde, licet. Et respōndens ait: Credo, Fílium Dei esse Jesum Christum. Et jussit stare currum: et descendērunt uterque in aquam, Philíppus, et eunūchus, et baptizāvit eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spíritus Dómini rápuít Philíppum, et ámplius non vidit eum eunūchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philíppus autem invēntus est in Azóto, et pertránsiens evangelizābat civitatibus cunctis (donec veníret Cæsaráam) nomen Dómini Jesu Christi.

Ps. 117:24,22,23

HÆC dies, quam fecit Dóminus: exsultémus, et lætémur in ea. *Ÿ*. Lápídem, quem reprobavērunt ædificāntes, hic factus est in caput ánguli: a Dómino factum est istud, et est mirābile in óculis nostris.

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Surréxit Christus, qui creávit ómnia: et mísertus est húmano géneri.

pasaje de la Escritura que iba leyendo, era éste: Como oveja fue conducido al matadero: y como cordero que está sin balar en manos del que le trasquila, así él no abrió su boca. Después de sus humillaciones ha sido libertado del poder de la muerte a la cual fue condenado. Su generación, ¿quién podrá declararla?, puesto que su vida será cortada de la tierra. A esto preguntó el eunuco a Felipe: Dime, te ruego, ¿de quién dice esto el profeta?, ¿de sí mismo, o de algún otro? Entonces Felipe tomando la palabra, y comenzando por este texto de la Escritura, le evangelizó a Jesús. Siguiendo su camino, llegaron a un paraje en que había agua; y dijo el eunuco: Aquí hay agua: ¿qué impedimento hay para que yo sea bautizado? Ninguno, respondió Felipe, si crees de todo corazón. A lo que dijo el eunuco: Yo creo que Jesucristo es el Hijo de Dios. Y mandando parar el carruaje, bajaron ambos, Felipe y el eunuco, al agua, y Felipe le bautizó. Así que salieron del agua el Espíritu del Señor arrebató a Felipe, y no le vio más el eunuco; el cual prosiguió su viaje rebosando de gozo. Felipe de repente se halló en Azoto, y fue anunciando en nombre del Señor Jesucristo la buena nueva a todas las ciudades por donde pasaba, hasta que llegó a Cesarea.

GRADUAL

Este es el día que el Señor preparó; alegrémonos y gocémonos en él. *Ÿ*. La piedra que los constructores desecharon, ha venido a ser la piedra angular; esta es obra del Señor, y maravilla de nuestros ojos.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Resucito Cristo que creo todas las cosas, y se compadeció del linaje humano.

Victimæ Paschali

1. Victimæ Paschali laudes immolent Christiani.
2. Agnus redemit oves; Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.
3. Mors et vita duello conflixere mirando; dux vitæ mortuus, regnat vivus.
4. Dic nobis, Maria, quid vidisti in via?
5. Sepulchrum Christi viventis et gloriam vidi resurgentis.
6. Angelicos testes, sudarium et vestes.
7. Surrexit Christus spes mea: præcedet vos in Galilæam.
8. Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: Tu nobis, victor Rex, miserere. Amen. Alleluia.

Jn 20:11-18

IN illo tēpore: María stabat ad monumētum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclināvit se, et prospexit in monumētum: et vidit duos Angelos in albis, sedētes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi pōsitum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi: Múlier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulērunt Dóminum meum: et nescio, ubi posuērunt eum. Hæc cum dixisset, convērsa est retrorsum, et vidit Jesum stantem: et non sciēbat quia Jesus est. Dicit ei Jesus: Múlier, quid ploras? quem quæris? Illa exístimans quia hortulānus esset, dicit ei: Dómine, si tu sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei Jesus: María. Convērsa illa, dicit ei: Rabbóni (quod dicitur Magister). Dicit ei Jesus: Noli Me tângere, nondum enim ascēndi ad Patrem Meum: vade autem ad fratres Meos, et dic eis: Ascēdo ad Patrem Meum, et Patrem vestrum, Deum Meum, et Deum vestrum. Venit María Magdaléne annúntians discipulis: Quia vidi Dóminum, et hæc dixit Mihi.

SECUENCIA

Ofrezcan los cristianos sacrificios de alabanza a la Víctima de la Pascua.
El Cordero ha redimido a las ovejas: Cristo inocente, ha reconciliado a los pecadores con el Padre.
La muerte y la vida contendieron en duelo asombroso: el dueño de la vida muerto, reina vivo.
Dinos, tú joh María! ¿Qué has visto en el camino?
Yo he visto el sepulcro de Cristo que vive, y la gloria del que ha resucitado.
He visto los angélicos testigos, el sudario y la mortaja.
Cristo, mi esperanza, ha resucitado: os precederá a Galilea.
Sabemos que Cristo verdaderamente ha resucitado de entre los muertos: oh tú, Rey vencedor, apiádate de nosotros. Amen. Aleluya.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Entretanto María Magdalena estaba fuera llorando, cerca del sepulcro. Con las lágrimas, pues, en los ojos se inclinó a mirar al sepulcro. Y vio a dos ángeles, vestidos de blanco, sentados, uno a la cabecera, y otro a los pies, donde estuvo colocado el cuerpo de Jesús. Le dijeron ellos: Mujer, ¿por qué lloras? Les respondió: Porque se han llevado de aquí a mi Señor; y no sé dónde le han puesto. Dicho esto volviéndose hacia atrás, vio a Jesús en pie; mas no conocía que fuese Jesús. Le dijo Jesús : Mujer, ¿por qué lloras?; ¿a quién buscas? Ella suponiendo que sería el hortelano, le dice: Señor, si tú le has quitado, dime dónde le pusiste; y yo me lo llevaré. Le dijo Jesús: María. Se volvió ella al instante, y le dijo: Rabboni (que quiere decir, Maestro). Le dijo Jesús: No me toques más, porque no he subido todavía a mi Padre; mas anda, ve a mis hermanos, y diles de mi parte: Subo a mi Padre y vuestro Padre; a mi Dios y vuestro Dios. Fue, pues, María Magdalena a dar parte a los discípulos, diciendo: He visto al Señor, y me ha dicho esto.